



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Usuris, & interesse, Pars II. de Cambiis, Pars III.
de Censibus, Pars IV. de Societatibus Officiorum

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXII. Ravennaten. Fructuum. An fructus recompensativi debiti ex
æquitate I. curabit penedente solutione pretii rei fructiferæ, debeantur, si
empor per Judicis sequestrum, vel inhibitionem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74112](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74112)

DISCURSUS XXII.

59

quorum fructus licet conveniri possunt ad septem vel octo pro centenario, quia haec major summa repartita in vero valore non excedit taxam legalem.

Sive etiam quod major fructuum taxa dici possit pars pretii, quia nempe isto intuitu res vendita esset minus quam in effectu valeat, cum tunc non dicitur accessio prohibita & usuraria, sed potius dicitur pars pretii, seu dicantur fructus restauratiui damni, quod patitur vendor, vel econverso compensatiui luci, quod ita emptor percepit in pretio correspondente diminutio, dummodo augmentum sit dicta diminutioni proportionatum, atque absit usurarum fraus, ita ut dici non possit color quaesitus. Unde propterea regula generalis & indeterminata defuper dari non potest, sed totum pendet ex singulorum casuum individuis circumstantiis pro judicis prudenti arbitrio regulandis.

Et ex his pro creditore prodit resolutio super inhibitionis moderatione, facilius in his casibus concedenda, cum debitori ex processu executivo nullum causetur praedictum, quia si ratione fructuum solvit in excessu ac ultra debitum, ubi consultum est cum forte principali, quam habet in manibus ita diminuendam. Et econtra si fructus debentur, irreparabile est creditoris praedictum ex retardatione.

Ex eisdem fundamentis idem longe post haec obtinuit in Rota in una coram Bichio Baren. Salviani pro Laura Barone & Isabela Regna contra Leonardum de Rubeis, ubi agebatur de pretio domus cum taxa conventionali fructuum recompensativorum ad rationem septem pro centenario, in qua causa prodierunt decisiones 10. Iunii 1652. & 24. Martii 1653. coram prefato Bichio.

RAVENATEN. FRUCTUUM, PRO PP. JESUITIS RAVENNÆ.

Responsum pro veritate.

An fructus recompensativi debiti ex aequitate & iurabili pendente soluzione pretii rei fructiferæ, debentur, si emptor per Judicis sequestrum, vel inhibitionem impeditus fuit ne solveret.

S U M M A R I U M.

1. *Casus controversie.*
2. *Dictum punctuale alicujus Doctoris absque contradictione, an & quando attendi debeat præcasu legis.*
3. *Consulentium auctoritas suspecta.*
4. *Fructus recompensativi ob quam rationem debentur.*
5. *Debentur etiam cessante mora vel culpa debitoris insolvendo.*
6. *Ampliatur etiam si emptor protestetur.*
7. *Non debentur ex dilatrone conventionali.*
8. *An impedimentum ex facto Iudicis excusat.*
9. *Quando emptor a dictis fructibus excusat.*
10. *An sequestrum excusat.*
11. *De alio casu controversie.*
12. *Et de alio casu consimili, & quod excusat depositum.*

13. *Sequestrum sive justum, sive injustum excusat, & de ratione.*
14. *Non excusat si est collusivum, & affectatum.*
15. *An excusat si supervenit post moram.*
16. *Non excusat a fructibus recompensativis, nisi sit depositum ut supranu. 8. & 9.*
17. *An depositum non bene factum excusat.*
18. *Quomodo in hac materia iudicandum sit.*

D I S C . XXII.

FACTA per PP. Collegii Societatis Jesu Raveanæ venditione cuiusdam prædii fructiferi pro leuis 2000. Petro de Petris, ex quibus delegarunt leui. 1200. Solven. quibusdam de Moretis, cum ad instantiam eorumdem venditorum factum esset sequestrum, seu judicis inhibito emptori, ne dictas pecunias delegatas solveret, sed penes se reineret, donec alias per ipsum judicem demandatum esset, unde sequarum est, quod emptor spatio annorum sex, rem & pretium tenerit, dubitum fuit, an hoc medio tempore ad fructus recompensativos teneatur, & cum pro parte emptoris allegaretur punctualis auctoritas *Paciān. conf. 111. de jure interrogatus pro veritate.*

Respondi, quod licet apud nostros receptum sit, ut dictum punctuale alicujus Doctoris absque contradicente pro casu legis haberri debeat *Mart. voto 6. num. 7. Rot. dec. 122. in fine par. 5. rec.* cum aliis copiosè cumulatis per *Adden. ad decis. 20. num. 42. par. 3. rec.* juxta secundam impressionem, Attamen id intelligendum est, ubi dictum aliquod habet juris fundamentum, vel legalem rationem, ita ut juris principis non devier, tecum si absque fundamento, seu cum non vere praepositis loquarur, ut per *Castill. tom. 2. contr. cap. 23. numer. 16. Cyriac. contr. 50. numer. 3. & Rot. decis. 438. numer. 10. & 13. par. 9. rec.* ubi concordates; Et hoc maximè, ubi tractatur de dicto Consulentium, quorum fides semper suspecta est, cum ad pecuniam vel clientis affectionem scribere solet, multa minus vera assuant, proindeque integri testes habendi non sunt, ut per *Caball. resol. crim. 287. nr. 8. & Rot. 3. d. dec. 438. numer. 12. par. 9. rec.* Unde bene *Franch. decis. 260. num. 5. in fine. & seg. adver. tit.* quod ubi allegantur consilia, opus esset videre decisiones in eo causa emanatas, quod etiam habetur per *Rotam in Landen. census 21. Junii 1666. coram Taja in fine.* Quotidie siquidem experimur, quod Advocatus munus exercentes, atque ad causas servitum scribentes, multa ingeniosè in punto juris assument, quæ in judicando rejiciuntur; Nec alias dicta propositio intelligenda est, nisi ubi agitur de puncto satis dubio, in quo juris principiis vel rationibus hincide collectantibus, vel deficientibus, omnino incertum remaneat, quid iure statutum sit; Tunc enim punctualis decisio Doctoris spectanda est, alias enim esset dare auctoritatem Imperiale cuiuslibet Doctori ejus scripta imprimere volenti, faciendo leges, quod utique omnino absurdum est, unde propteræ bene fundati, & veri Doctores per juris principia magis quam per Doctorum præsertim modernorum & consulentium multò minus collectorum dicta veritatem perquirere solent.

Quicquid ergo Clienti inserviendo dicat *Paciān. conf. 111.* cuius tantum, non gustato nec examinato articulo, relator est *Paiell. jun. in addit. ad expeditionem senioris annot. 30. num. 10. loquendo*

DE USURIS, ET INTERESSE,

do cum solo sensu veritatis, Respondi, omnino de jure verius videri, emptorem, qui non soluto pre-
cio rem emptam retinuit, & fructus percepit, cef-
fante conventionali dilatione, teneri ad fructus recompensativos, quamvis ex judicis sequestro vel
quocumque alio legitimo & justo impedimento
fuerit excusabilis, ita ut de morare dargui non va-
leat, quoniam, quicquid voluerint aliqui de quibus
Pacian. d. conf. iii. omnino receptum ac verius est,
hujusmodi fructus non deberi ratione morte, sed
propter usum rei, qui ex impedimento diminutus
non est, & ne contingat emptorem ita esse in lu-
cro de re aliena, & cum alterius jactura locu-
pletari.

Unde propterē venditor hujusmodi fructus
consequi dicitur, non tanquam usuras vel interesse
ratione retardata solutionis, sed tanquam rem
propriam, quasi quod interim quod pretium non
solvitur, ex quadam legis aequitate & factio-
ne, ad istum effectum fructuum, res vendita perse-
verare dicatur in priori dominio vendoris; At-
que hinc sequitur, quod etiam ex istius facto
vel culpa positiva pretium non solvatur, adhuc
5 receptum est, fructus deberi, ex deductis per *Gabr.*
conf. 56. num. 3. lib. 1. latè Surd. conf. 101. num. 23. cum
*seq. Leotar. de usur. quest. 27. num. 27. cum duobus se-
quen. Gratian. discept. 588. numer. 22. & sequen. be-
nè Rota decif. 370. 397. & 424. par. 3. rec. quod etiam*
dixit apud Duran. decif. 34. num. 26. cum sequen. In
Roman. Cambiorum 28. Aprilis 1651. §. Siguidem
*coram Verospio, & omnium meo iudicio melius Bel-
tramin. ad Greg. decif. 297. nn. 12.*

Idque adeò verum, ut procedat etiam si præviso
6 casu impedimenti, expressè emptor sibi ex pacto
consuluerit, ut non teneatur pretium solvere, do-
nec ex parte vendoris implementum sequatur, ut
ex Rota Gratian. & aliis locis citat. *Leotar. dicta qu-*
27. num. 30.

Atque uno tantum casu emptor ab hujusmodi
fructibus non soluto prelio excusabilis videtur,
7 ubi scilicet concurredit dilatio conventionalis, non
alia ratione, nisi quia haec dicitur pars precii, quod
intuitu fructuum interim solutione pendente per-
cipiendorum præsumitur esse majus, ut benè *Leotar.*
*loc. cit. & Rot. in alleg. decif. præsertim dicta de-
cif. 424. par. 3. rec.*

Nec refert, quod omnes dictæ auctoritates & de-
cisiones, loquantur de impedimento proveniente
8 ex non implemento seu alio facto vendoris, non
autem ubi agitur de impedimento proveniente ex
præcepto judicis, quoniam inter unum casum & al-
terum nulla de jure dignoscitur differentia; Quini-
mò majus est factum partis, nempe vendoris, qui
volens poterat majorem dilationem empori gra-
tiosè concedere, ac fructus condonare, quod dici
non potest de judece, cui non conceditur de alienis
disponere. Et nihilominus, quamvis in venditore
non adimplete seu alias emptorem impediens,
tacita dilatio resultare dicatur, attamen quia non
est de illa dilationis specie, quæ ab initio in contra-
etum deducta, dici possit pars precii, non excusat,
ex jam dicta irrefragabili ratione, quod hujusmodi
fructus non debentur propter culpan vel moram
debitoris, sed propter usum rei, quem non solu-
to prelio habere non debuit, sive solutionis de-
fectus provenerit ex unius vel alterius culpa, quia sem-
per idem resultat effectus perceptionis hujusmodi
fructus sine causa cum illicita locupleratione de a-
lienno, habendo eodem tempore, rei & pretii usum
duplicatum.

Eoque magis in hanc sententiam omnino deve-

nendum dicebam, quia tractabatur de fructibus
temporis notabilis, ita ut emptor verè de alieno lo-
cuples fieri diceretur, poterat enim venditor in-
hibitus de facili impedimentum removere, atque
se ab hujusmodi onere eximere, deponeendo preti-
um penes eumdem judicem inhibentem; Atque
pro claris refellenda opinione *Paciani*, quem
non habemus inter milites adeò gravioris armatu-
ræ, observabam, quod ipse innititur falso & rejecto
fundamento, quod scilicet isti fructus ratione mor-
tae potius deberentur; Unde tanquam in aitens mi-
nus vero fundamento non est attendendus.

Uno autem tantum casu (cessante conventionali
dilatione) emptor non soluto prelio ab hujusmo-
di fructibus excusandus videtur, sive in impedimentum
proveniat à præcepto judicis, sive à non imple-
mento, vel alio facto vendoris, ubi scilicet con-
staret eum interim tenuisse otiosam pecuniam ad
hoc paratam, aliis usibus non applicabilem, itau si
hujusmodi fructus solvere cogeretur, esset in da-
mino & jactura, quibus subiacere non debet exculpa
vendoris; Quod frequenter in praxi contingere solet,
quia nempè quis vendat ejus bona, seu
alias pecuniam obtineat vinculatam ad effectum
investiendi, & quæ destinata in emptionem rei fu-
ctufera deponatur in banco ad effectum illam sol-
vendi vendori, postquam ad impleta fuerint ea,
quæ in contractum deducta sunt, tunc enim em-
ptor non dicitur esse in lucro, atque pretium ex ejus
parte dicitur jam solutum, itaut esset duplicatus
usus, tam rei, quam pretii, & in qua duplicatus usus
ratione constat istorum fructuum debitum, & hac
mihi videbatur certa & genuina veritas.

Er nè desit auctoritas punctualis, dum juxta
modernum abulum, potius dicta indigesta vel ma-
lè fundata D.D. attenduntur, quam juris vera
10 principia & propositiones, ita in individuo fructu-
um recompensativorum precii non soluti, ut de-
beantur non obstante sequestro advertit *dottissimus*
Leotar. de usur. quest. 38. numer. 26. vers. vel nisi
pecunia debatur; Et mirificè ideem comprobatur
ex decisione 103. Caput. par. 1. ubi quod fructus cen-
*sus debentur, quamvis debitor esset promptius re-
stituere fortem, impeditus à sequestro, quam de-
cisionem refert & sequitur Carrocc. de sequestro p.*
3. quest. 23. Leotar. dicta quest. 38. numer. 26. in
principio.

Eundem punctum post hac scripta disputandum
habui in Signatura iustitiae in una Foro sempronien.
11 *pecuniaria pro Valerio Zanca* emptore præten-
dente non teneri ad hos fructus ob sequestrum
sibi factum, contra quem A.C. relaxavit man-
datum; Isto autem casu videbatur adesse aliqua
major probabilitas, quoniam sequestrum factum
erat ad instantiam unius ex creditoribus, & respe-
ctivè vendoribus, sed nisi probaretur verè em-
ptorem habuisse solutioni promptam pecuniam,
quam ex hoc impedimento retinuerit otiosam, ad-
huc idem dicendum credebam, quia non potest fa-
ctum unius alius præjudicare, atque de facili em-
ptor posset cum uno ex pluribus colludere, ideoque
totus punctus esse videatur, an emptor sit in lucro
habendi rem & pretium.

Longè autem post hac scripta consimilem con-
troveriam disputavi coram Prælato judice com-
missario in una Eugubina pro Cenciatiss, cum Comite
Francisco de Benis; Cum enim iste vendidisset
illis de anno 1654. præmium pro secur. 2700. ex quibus
soluti fuerunt 2000. data dilatione pro residuo,
qua pendente, ad instantiam aliquorum credito-
rum vendoris factum fuit mandatum sequestra-
tivum

etiam emporibus, ne solverent sub pena duplicitatis solutionis, dicti que empori illinc ad triennium, de anno scilicet 1657. mense Septembris, dictum residuum depositum penes idoneum publicum camporem, à quo de mense Novembri sequentis venditor habuit scut. 200. sub obligacione, vel illos restituendi, vel excomputandi in dicto deposito, quod jam sibi fuerat intimatum; Hinc ad plures annos venditor prætendere cæpit fructus recompenstati sub dicta rata cadentes pro toto tempore decurso, atque mandatrum exercitum in primi instantia obtinuit, per A. C. in secunda instantia cum sententia absolutoria revocatum; Unde commissa causa alterius appellations Prælator, hic difficultatem habebat ex motivo nullitate dicti sequestri ex eo, quod per Judicem incompetentem, ac non servatis de jure servandis, ille lud appositorum esset.

Hanc autem difficultatem ego in hac tertia instantia pro emptore scribens, etiam cum sensu veritatis, minus probabilem dicebam, quoniam sequestrum sive justum, sive injustum excusat, ut in specie Seraphin. decis. 912. num. 1. & 2. confirmata coram eadem dec. 919. Lector. de usur. quest. 38. num. 25. in fine, ex ea clara ratione, quod Judicis inhibitus sive justa, sive injusta timenda est, neque in facultate inhibiti depositum esse debet, Judicis partes assumere, atque judicare de nullitate vel iniustitia ejus, quod iudex & superior præcepit, minusque tenetur se exponere periculo reiteratae seu duplicatae solutionis resultanti à spretu mandati sequestrativi, sed cogite editor ad revocationem; Ea enim quæ in jure habentur de sequestro sine justa cauſi, & partis citatione non apponendo, procedunt, vel ubi est in fieri ad effectum impediendi, ne apponatur, Vel ad effectum revocationis concedenda, non autem ut sequi non debeat excusatio moræ in inhibito, nisi constaret de collusione & mala fide, quia nempe ab ipso debitore affectatae id procura um esset, ex deductis per Cancer. var. refol. par. 2. cap. 4. numer. 28. Potissimum vero ubi, ut in praesenti, sequestrum supervenit re integra, & ante moram incursum, quo casu cessat illa difficultas, quæ in propposito cadere solet, ubi supervenit post moram incursum ex collectis hinc inde per Cancer. ubi supra num. 29. Atque ita distinguendo habetur etiam in alia questione, an & quando solvens alteri quam vero creditori de mandato judicis excusat nec nō, juxta decis. 150. Affl. cum aliis per Pratum obser. 5. & 6. & pluries in sua materia sub titulo de credito.

Dificultas vero contraria eundem emptorem recte tadebat pro dicto tempore triennii, in quo rem & premium retinuerat, quoniam sicut sequestrum cessare non facit cuiusvis census, seu alterius anni redditus, ita pariter impedit non debet hos fructus, qui ex veteri, ac probabiliori sententia non sunt utura debita ratione moræ & quæ penales dicuntur, sed succedunt loco fructuum ipsius rei, quos nec justum, nec & quum est, ut percipiat emperor, qui premium non solvit, ut bene advertitur per Lector. superius citatum q. 38. num. 26. & q. 27. numer. 14. In utroque tamen loco advertitur cessantes fructus post depositam pecuniam, cum tunc cessare videatur unica ratio retentionis rei & pretii, unde superest et solum ratio moræ, quæ ex solo sequestro tollitur, multò magis ubi accedit etiam reale depositum, quod omnem affectionis, vel collusionis suspicionem tollit.

Motivabatur de præfati depositi invaliditate ob omnia ejus requisita non bene servata, prese-
Card. de Luca de Ujur. & Interess.

tim circa non præviam ipsius creditoris interpellationem, per quam constitueretur in mora, fine ²⁷ qua debitori licetum non est ad depositum procedere, quia deponere non est solvere, ex iis quæ in hac materia collecta habentur per Cenc. decens. q. 111. Gregor. & Add. dec. 146. & 214. Ronit. prag. 4. de instrumento liquid. nn. 7. & seq. Prat. obser. 25. & 26. Merlin. dec. 744. dec. 2. par. 10. rec. & frequenter d. tit. de credito. Ponderando etiam nullitatem reulantem à non integrata, quod est unum de ejus essentialibus requisitis, dum depositata sorte principali neglectum fuit deponere fructus dicti triennii probabilius debitos; Verum id neque obstat videtur, quoniam ex supra deductis in alio calu juxta punctualis auditoriae Paciani & Patellii, saltem negari non potest esse probabiliter dubium, an hujusmodi fructus debeantur necne, quod sufficit, ut non intret dicta obligatio deponendi, cum intelligatur de liquidis, & quos omnino certum est esse debitos, non autem de incertis & illiquidis, quorum indebitum iustè & probabiliter prætendit potest ex plenè deductis per Rotam dec. 228. nn. 14. par. 9. rec. repet. dec. 70. nn. 10. post Merlin. de pignor. quod summa habet rationem, quia non tenetur quis facere se judicē contra se ipsum, atque non expectata judicis determinatione solvere id, quod probabilitate prætendit non debere.

Ac etiam quoad alios defictus, quod hic rigor procedit in eo deposito, quod cessare facit eum fructum, quos alii jure actionis certum est deberi, ut est exempli gratia in contractu censuali, vel simili, secus autem in praesenti, in quo sufficit de facto cessare dictum inconveniens, quod aperic locum æquitati tex. in l. curabit C. de action. empli, ut scilicet emperor eodem tempore non sit in lucro habendirem & pretium; Et multò magis dum dictum depositum approbatum videbatur ab eodem creditore, qui recipiendo partem pecunia se obligavit illam in ejus causam excomptuare, ut in proposito depositi deficti sanandi ex consensu creditoris firmatur in Romana fructum dotis 28. Ianuarii 1661. coram Veroffeo, licet in eo casu, de quo agitur sub tit. de done in Romana fructum dotis de Magdalensi. dis. 51. hac proposito fortè non bene caderet. Ideoque ista videtur quæstio, potius facti quam juris, ex singulorum casuum particularibus circumstantiis decidenda, principaliter habendo respectum ad bonam, vel malam fidem, sive ad sinceritatem actus à collusionis suspicione alieni, quia nempe emptor vero & realiter deposituerit pecuniam, & non habuerit simultaneum commodum ejus, ac rei emptæ, in quo consistit præcipuum, ac essentialia requisitum hujusmodi fructuum, seu ratio text. in d. curabit. Verum ex dicto motivo depositi in stricta juris censura male facti etiam hic Judex pronunciavit contra emptorem.

SENEN.
FRUCTUUM,
AD
PETITIONEM EQUITIS A-
MERIGHI DE AMERIGHIS,
CVM
MARTINIS.

F Respon-